



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Leopoldus Princeps Austriac. n. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

natus agere coram Nobilitate, coram Tribunis & milite, quantum  
Patribus tribuit honoris, tantum & stimuli ad difficultates exhan-  
riendas, ad superanda pericula, ad mortem ipsam, si ex Regis Catho-  
lici, ex Religionis vsu erit, opetendam addidit Societatis amantissi-  
mus Princeps. Sic Ibid.fol.817. Cuius in eamdem Societ.beneullen-  
tiam magna testima<sup>tia</sup> partim expressa literis ad fratrem Philippum  
Regem datis manifestant; que non ignota habent Belge. Ibidem  
fol.888.

2. A LEOPOLDO Austriaco Archiduce, qui nostris letus in-  
crementis, ad Albertum Principem literas dedit, quarum aliqua pars  
haec erat. Magnam animo voluptatem capio, cum ex optimis  
viris intelligo, tantum in dies iuuentutis, & ingeniorum de-  
lectum ad Christi signa sub huius Societatis auspicijs in Bel-  
gio vestro conuolare, ut vna Tirocinij domus tot Sacrae mi-  
litiae contubernalibus minime sufficiat. Deinde Societatem ob-  
nixe commendans, inter causas hanc quoque ponit, Quod cuique  
sit exploratissimum, sicuti dicta Societas toto Orbe Chri-  
stiano liberam sua munia obeundi facultatem adepta est,  
ibidem semper Apostolicam fidem miris accessionibus am-  
plificatam fuisse; contra vero, eos qui eamdem aut occultis  
cuniculis subruere, aut aperto Marte suis finibus exturbare  
sunt conati, incomparabili rerum suarum, ac præsertim Or-  
thodoxæ fidei dispendio, temeritatis suæ pænas luisse. Hæc &  
plura Leopoldus vbi supra fol. 888.

3. AB ALBERTO PRINCIPE, cui haec à Leopoldo scripta  
tantopere probabantur, ut tale ille de nobis responsum daret. Sane,  
inquit, certum est, Societatem illam Ecclesiæ Dei, & nostræ  
Religioni verè Catholicæ, non laboribus, non vita parcendo,  
prodeffe quamplurimum, & eamdem quaque uersum toto  
terrarum Orbe propagare, & restaurare. Quapropter æquum  
est, ut eiusdem Societatis obsequia agnoscant omnes Princi-  
pes, & populi Catholicæ. Nos quidem hactenus ea de causa  
Societatem hanc singulariter commendatam habuimus, &  
in posterum, quidquid ad eius tutelam, & incrementa pote-

*In iuuen-  
tutis edu-  
catione.*

*Et fide Ca-  
tholica am-  
plificanda.*

*Ideo ab om-  
nibus Prin-  
cipibus, &  
Catholicis  
estimanda.*

T t 3 imus,